


B V L L A

18213

S. D. N. DOMINI IVLII DIVINA
prouidentia Papæ. III. Nouæ monitionis, &
requisitionis penalis Prælatorum ut ad
Concilium, quanto cito posint,
personaliter, & non per pro-
curatores, accedant.







VLIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei Memoriā.
Licet nos alias , ex certis , tunc
expressis rationabilibus causis ,
sacrum ecumenicū generale con-
cilium , per felicis recordationis
Paulum Papā . III . prædecesso-
rem nostrum . Indictum , ad Ciuuitatem Tridentinam ,
reducendum esse duximus , ac Venerabiles fratres
nostros Patriarchas , Archiepiscopos , & episcopos , nec
non dilectos filios Abbates , omnesq[ue] & singulos as-
rios , de iure vel consuetudine , aut priuilegio Cons-
ciliis generalibus interesse debentes , vt tunc pro-
xime futuris , & nunc præteritis Kalend. Maii , in ip-
sa ciuitate Tridentina , legitimo cessante impedimento
conuenire , & se congregare , ac ipsius Concilii
continuationi , & prosequutioni incumbere , vellent ,
per nostras literas , hortati fuerimus , prout in illis ples-
nius continetur , ac dilectus filius Marcellus tituli
sancti marcelli presbiter cardini s[ecundu]s de crescentiis nun-
cupatus noster , & Apostolicæ sedis , ad dictum conci-
lium , legatus , & venerabiles fratres Sebastianus Ar-
chiepiscopus Siponti[anus] . ac Aloysius Episcopus Vero-
ne[nsis] . nostri , & dictæ sedis , ad in eodem concilio , vna
cum prefato Marcello Cardinali & legato , nomine no-
stro , præsidendum , Nuntii eisdem Calend. in dicta ci-
uitate , affuerint , & concilium ipsum resumperint ac
sessionem in Calend. Septembris proxime futuris , fieri
ordinauerint . Iamque aestui calores præterierint , & ex
ipsius dei benignitate . Annona aliquanto vberior no-
bis reddita sit , nec res humano victui necessariae hoc
tempore desint . Nihilominus præter legatum , & præ-

tempore defint. Nihilominus præter legatum , & sidentes præfatos , ac non nullos nationis hispanicæ episcopos, pauci admodum prelati in dicta ciuitate conuenerint. In maximum prosequotionis eiusdem Concilii præiudicium , & in eo tractandorum dilationem. Nos qui indictionis, & quascunq; alias desuper confeetas & publicatas ipsius prædecessoris literas, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, in suo robore permanere voluimus, & quatenus opus esset innouauimus ipsius prædecessoris , qui prælatos & alios, vocem in eodem concilio, ut presertur, habentes sub diuersis pænis iterato monuit, vestigiis inherentes , habita desuper cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ romanæ ecclesiæ Cardinalibus, matura deliberatione. De eorum consilio, & assensu, eodem patriarchas Archiepsos, & epos; ac Abbates , & alios in conciliis generalibus residendi, & in eis sententias descendendi, potestatem habentes, de novo hortamur, & monemus, ac in domino requirimus, eisq; in virtute sanctæ obedientiæ, & vi iuramenti, quod nobis, & aliis Romanis pontificibus prædecessoribus nostris, præstitez runt, ac sub omnibus de iure, vel consuetudine in celebrationibus conciliorum , aduersus non accedentes, ferri & promulgari solitis, aliisq; in literis prædecessoris huiusmodi cōtentis, per eos, nisi presentibus cum effectu paruerint, incurendis penit, districte præcipiendo mandamus, Quatenus ipsimet personaliter per se ipsos, & non per procuratorem aut procuratores, quos solum ad se, in eodem concilio , si forte , Iusto impedimentoo detincentur, excusandum , & de eorum impedimentoo fidem legitimam faciendū, ita tamen, q; eodem impedimentoo cessante, ipsi personaliter, & non per pro-

curatorem, aut procuratores, comparere omnino res
neantur, constituere posse, volumus. Quanto cito po-
terunt, ad eandem ciuitatem Tridentinam, accedere, ac
continuationi & prosequutioni concilii huiusmodi,
adesse & interesse velint. Nec mandata procuratio-
num, pro aliquibus praelatis, aut aliis vocem, ut praes-
fertur, habentibus, nisi ad eos, ut presertim, excusans
dum & eorum impedimenta deducendum, & proban-
dum, recipere, aut acceptare presumant. Nos enim om-
nia & singula manda, per praelatos & alios predictos,
ad aliquid eorum iustum impedimentum in Concilio
huiusmodi allegandum, & probandum, hactenus fa-
cta & imposterum facienda, nulla, irrita, & inania, nul-
liusq; robors & momenti fore, ac solum praelatos, &
alios predictos, in dicto Concilio pates, & pro ipsis
met pates tantum, & non pro aliis, etiam si ab eis
mandata cum quacunq; etia plena, & libera facultate
& potestate, habuerint, vocem in dicto concilio habe-
re posse. Sicq; in praemissis omnibus & singulis, per
quoscunq; quauis auctoritate fungentes, sublata eis, &
eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi
auctoritate, & facultate, iudicari & interpretari debes-
te, ac quicquid, secus super hiis, a quoq;, quauis aucto-
ritate, scilicet vel ignoranter contigerit attemptari, ita
titram & inane decernimus. Non obstantibus quibus-
uis concessionibus indulgentiis & literis apostolicis,
sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibus-
uis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficac-
ioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus, &
aliis decretis quomodolibet etiam Motu proprio con-
cessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innoua-
tis, quibus omnibus eorum tenores presentibus pro

sufficienter expressis, habentes illis alias in suo robore
permansuris, haec vice duntaxat specialiter, & expressa
se derogamus, contrariis quibuscunq; Aut si patriarcha
eis. Archiepiscopis, & aliis praesatis, ab eadem sit se-
de indulsum, & interdictum suspendi, vel excommunicari
non possint; per literas apostolicas, non facientes ple-
nam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indule
huiusmodi mentionem. Ut autem primum omnia ad
eorum quorum interest, notitiam deducatur, nullus
q; de eis ignorantiam sustineat prætentire possit, volua-
mus, & apostolica auctoritate decernimus, quod pre-
sentes literæ per aliquos curiæ nostræ cursores, vel no-
triios publicos, in basilica principis Apostolorum de
vrbe, & ecclesia lateranen. dum itib[us] multitudo ad di-
uina audiendum conuenerit, palam & clara voce lez-
gantur, & lectæ in earumdem ballicæ, & ecclesiæ ac Can-
cellariæ apostolicæ Valuis, nec non in acie campi flo-
re affigantur, ubi ad lectionem & notitiam cunctorū,
aliquandiu affixa pendeant, & cum inde amouebunz
tur, catum exempla in eisdem locis remaneant affixa,
quod q; earum transumptis, manu notarii publici sub-
scriptis, & sigillo alicuius persone in dignitate ecclesia-
stica constitutæ munitis, certa & indubitate fides adhi-
beat, prolixi præsentibus literis adhiberetur, si foret
exhibere vel ostehsæ. Nulli ergo omnino hominum
licet hæc paginam nostræ hortationis monitionis re-
quisitionis, mandati voluntatum decretorum & deroga-
tionis infringere, uel ei ausu temerario contraire, Si
quis autem hoc attemptare præsumperit, indignatio
nem omnipotentis dei, ac beatorū Petri & Pauli Apo-
stolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ
apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominiz.

ex Milleſimo quīngenteſimo quīnquaſeſimo primo,
ſexto Calendas Septembris pontificatus noſtri anno
ſecundo.

Pro Reuerend. D. M. Cardinali Crescentio.

Io. Larineñ.

Gal. aquinas.

A. Lalata.

Anno à Natuitate Domini Milesi:mo Quīngenteſi
mo Quīnquaſeſimo primo, Indictione Nona, die ve
ro vltima Mensis Auguſti, Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & Domini noſtri Domini I V L I I dī
uina prouidentia Papæ III. Anno eius ſecundo, præ
ſentes Retrōſcriptæ literæ affixæ publicatæ ac lec̄tæ fue
runt, iuxta formam retrōſcriptarum literarum apoſto
licarum, vt moris eſt, dimiſſis copiis affixis ad valuaſ
ſeu portas Baſilicarum Principiſ Apostolorum de Vr
be & Ecclesiæ Lateraneñ. & Cancellarię Apostolice ac
in Acie campi Flore, dimiſſa Bulla originali affixa per
aliquod ſpacium temporis, & deinde dimiſſis copiis
affixis vt ſupra, per nos Thomā Roger. & Io. Freile, pre
fati Sanctissimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Petrus Gomez magiſter Curiſorum.

Registrata apud Galeatium ſecretarium.

Geococcyx californianus (Baird) - California Towhee